



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Victor & Corona MM. 14. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

no & Galieno imperantibus, accusatus impietatis PONTIVS, & equuleo impositus, machinam precibus rupit. Vrsos in se incitatos cicuravit, rogam extinxit, gladio denique cervices subjecit, usitatis Sanctorum modestiâ, quorum plerique capite imminuti sunt, superbis puto instituendis hac potissimum parte indomitis. *Ex Suvio.*

*Cum homines quotidie immaturo preventir apian-
tur interitu, quid restat, nisi ut hoc brevi puncto,
quo vivimus, lapsura quæque velut jam lapsa despi-
cere, & ad ea, qua permanent, pleno fervida mentis
studeamus desiderio festinare? S. Petr. Dam. op. 13.
cap. 13.*

SS. VICTOR & CORONA MM.

14. Maij.

A Vspiciatissima nomina suosque triumphos loquentia, VICTOREM & CORONAM damus. Qui tamen fortitò hæc accipis, laboriosæ felicitatis omen accipere te memento; nam cum Victore quis Hercules se componat? Age numeremus Magni Herois labores. I. Digitos articulatum elidendos sine gemitu præbuit. II. In Fornace accensâ triduum desedit. III. Carnes veneno adipatas concoxit. IV. Nervos distendi, solvi que compagem corporis ridens tulit. V. Oleum fervens eodem quo gelidam vultu hausit. VI. Suspensus facibus ardentibus ustulatus est. VIII. Venenum aceto temperatû pro melle bibit. VIII. Confingendam utriusque oculi pupillam obtulit. IX. Pedibus tractatus prono capite triduum pependit. X. Cum degluberetur, tyranno tamen insultavit. Hæc invictâ patientiâ perpeffo quid mirum est, bis senos Angelos celo coronam attulisse, & minorem insuper alteram pro CORONA militari fer-

mina, quæ sic excarnificatum felicem tamen bea-
 tumque ausa dicere digna Deo visa est, quæ non
 agones tantum illius, sed præmia etiam aspiceret.
 Annum conjugii alterum, vitæ decimum sextum
 agebat, quo propius miraculo fuit non trepidasse,
 cum bina palmarum cacumina ad terram ingenti
 depressa nisu cerneret, quæ à se invicem iterum dis-
 cessura mediam distraherent. Alligari tamen se
 sustinuit, & lacerato corpore, integrum animum caelo
 intulit. VICTOR gladio cæsus eam securus est: sic
 olim ad astra itum. Nunc coronæ vilius veneunt.
 Nullæ nos palmæ distrahunt; animum à mûdo avelle,
 Coronam spondeo, & victoré appellabo. *Ex Sur.*

*Mundo se extraneum homo reddat, ut Deo pro-
 pteris gratia largitate familiaris adhereat. Mun-
 do mortuus vivat, à terrenis vexationibus se sub-
 trahat, ac velut in sepulchro jam positus in solo
 Creatoris sui desiderio iuvviter requiescat. S. Pet.
 Dam. op. 12. c. 32.*

SS. PETR. PAVL. ANDREAS, DIONYSI

MM. 15. Maij.

I Terum triumphantem adolescentiam damus,
 ne quis magnam virtutem annis metiatur. Im-
 perante Decio, Lampfaci, in ipsâ turpitudinis pa-
 triâ, PETRVS adolescens adorare Venerem iussus;
 Ego illam, inquit, cujus vita perpetuum probrum
 fuit? quæ ex lupâ facta Dea est, neque aliâ gratiâ
 templis à vobis recepta est, quàm quod omnium
 mortalium inverecundissimè peccârit? Hujus di-
 sti libertatem PETRVS in rotâ iussus luere, omni-
 bus contractis ossibus nec vultum nec animum
 mutavit; donec gladio ejus patientia finita est.
 Troadem deinde properanti Proconsuli Nico-
 machus, audacior quàm fortior, suam in Christum
 fidem